



REGI CHRISTIANISSIMO
 LUDOVICO MAGNO.
 VICTORI, TRIUMPHATORI,
 PACIFICO.



ISTORIAM ECCLESIASTICAM ab orbe condito ad nostrum usque seculum, novâ methodo adornatam, selectisque Dissertationibus illustratam, membratim editam antea, nunc in unum corpus redactam offero Majestati tue, REX CHRISTIANISSIME, debitum convenientisque munus. *Que enim pars hoc in Opere vacare laudibus tuis potest? Vera scilicet Religionis Historia est, cujus amorem Christianissimo pectori tuo Deus indidit, cujus tuitionem Tibi commisit. Heresum damnationem, confutationemque complectitur, quas aversaris, prefocas, extinguis. Summorum Pontificum gesta ac Decreta commemorat, quorum auctoritatem revereris, Sedis Apostolicæ Constitutiones zelo qui Filium Ecclesiæ Primogenitum deceat, executioni mandari jubens. Hoc in Opere Conciliorum Acta & Canones exponuntur: Nonne verò omnem studium tuum in id confers, ut sincera Christi fides & Apostolica doctrina in Regno tuo incorrupta servetur, ut sanctior disciplina restoret? Quod quidem veris Christi cultoribus maximè optandum bonorum optimo Episcoporum pietate*